

nomine cuncta funduntur preces nostra; Johan. XIV, 13. A
XVI, 23.

(5) Nunc & hic contenti sumus, pedibus divinis fixisse
oscula: (Luc. VII, 38.) illic intuebimur in caelis faciem:
1. Joh. III, 2. 1. Cor. XIII, 12.

USUS E VERSU VIII.

(1) Surgit Deus, quando haecenus quodammodo alienatus vel abesse visus, gratiosè appropinquat. Implorandus itaque humiliter ac devotè: agnoscenda indignitas propria ac demerita, &c.

[2] Requies Dei sit in cordibus nostris, à quibus exulare debent strepitus mundani, inquietudo concupiscentiarum, &c. Jesa. LVII, 20, 21.

[3] Symbola divinae gratiae religiosè veneranda: sicut arca foederis, ita nunc aqua baptismalis, vinum atque panis eucharisticus &c.

USUS E VERSU IX.

(1) Orandum etiam pro ministris ecclesiae: Epheſ. VI, 18. 19. Col. IV, 3. 1. Theſſ. V, 25. 2. Theſſ. III, 1. Act. XII, 5. 2. Cor. I, 11. 2. Tim. I, 3.

(2) Indumenta ministrorum decora admoneant ornatus interioris animae, qui multò magis est necessarius. Praelucere siquidem aliis debent doctores, tanquam luminaria: Matth. V, 14.

(3) Omnes verè pii induti debent esse justitia: Jesa. LXI, 10. Pf. XLV, 14.

(4) Beneficarii Dei jubilarè semper debent in Domino: Phil. IV, 4. III, 1. Rom. XIII, 11. 2. Cor. XIII, 11.

USUS E VERSU X.

[1] Merita Sanctorum sunt nulla.

(2) Promissa, alterive Sanctorum à Deo facta uni merito obvertuntur Deo tanquam fallere nescio: 2. Tim. II, 13. Pfal. XXVII, 8.

(3) In hoc maximè gloriandam, quando sumus servi ancillaeque Dei vivi.

(4) Ne faciem tuam confundat Deus, noli cuiusquam pauperum faciem confundere. Prov. XXI, 13. XXVIII, 6.

(5) Magistratus sunt Uncti Dei, gerunt ejusdem vices, &c. 2. Par. XIX, 6. seqq.

USUS E VERSU XI.

(1) Sicut David juravit Deo, v. 2. ita rursus Deus C jurat Davidi: Pfal. XVIII, 26. 27.

(2) Juramenta Dei in magnò debent haberi pretio: Ebr. VI, 16. VII, 20. &c.

(3) De Veritate Dei in L. de Deo.

(4) Ingens felicitas, filium in dignitate nancisci successorem; item regna per successionem, non electionem, absq; tumultu periculo administrari. L. de magistratu.

USUS E VERSU XII.

[1] Si vis promissis, majoribus factus, frui, majorum etiam imitare pietatem: Ezech. XVIII, 11. seqq.

(2) Fœdus Dei, nobiscum initum in sacramento initiationis, cautissimè semper observandum 1. Petr. III, 21.

(3) Testimonia Dei non ex ingenio proprie, sed ex ipsius divini Spiritus interpretatione per Scripturam, sunt addiscenda: 2. Pet. I, 20. 21.

USUS E VERSU XIII.

[1] Sicut mons Zion nil ad sui contulit electionem; ita nec homines ad sui praedestinationem: Rom. IX, 11. seqq.

[2] Aliud tamen est loqui de ordine salvationis, ubi non nisi credentes Deus voluit eligere: Joh. III, 15. seqq.

(3) Discrimen locorum sublatum in N. T. Joh. IV, 23. 1. Tim. II, 8.

USUS E VERSU XIV.

[1] De Dei requie vide supra v. 8.

(2) Perennitas hæc periodica & conditionata ceu. v. 12.

[3] Vide o homo, ut Deus in te quiescere quoque concupiscat: 2. Cor. VI, 16. VII, 1.

USUS E VERSU XV.

[1] Deus est, qui alimenta suppeditat, mirèque benedicit, etiam modicis, ut sufficiant: 2. Reg. IV, 2. 43. 1. Reg. XVII, 14. Matth. XIV, 17. XVI, 34. Psalm. XXXVII, 16.

(2) In Dei populo dantur etiam inopes & pauperes: Matth. XXVI, 11.

(3) Pauperes à Deo sustentantur satianturque pane: Pf. XXII, 27. XXXVII, 16. 25. XXXIV, 11.

USUS E VERSU XVI.

(1) Ministri ecclesiae nutrimentum habent Deum, qui & alimenta & vestimenta procurat, præcipuè verò prospicit animabus, vestiendo justitià ac salute.

(2) De jubilis sanctorum vid. vers. 9.

USUS E VERSU XVII.

(1) A Deo est robur, qui & dat, & auget seu crescere facit.

(2) Messias est Cornu salutare: Luc. I, 69. Pfal. XXI, 4. Est etiam

(3) Luminare magnum & inextinguibile: Luc. II, 32. I, 79. Jesa. XLIX, 6. Joh. I, 9.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Quo splendidiora sunt servorum Dei ornamenta, v. 9. & 16. eò horridiora hostium sunt damna & opprobria: induuntur vel operiuntur undique opprobriis, excidunt spe sua turpiter, &c.

(2) Messiae corona regnumque est aeternum ac semper florens: Luc. I, 33.

PSALMI CXXXIII. DISPOSITIO.

Fratrum concordia fragrans. Concordia.

Commendatur hinc concordia fraterna verbis I. propriis: quod sit valdè bonum & jucundum quid: v. 1.

II. Comparativis, collatione factâ (a) cum

oleo, quo Abaron intinctus fuit: v. 2. (b) cum rorè Hermonis, montiumque Sioniticorum: v. 3.

III. Promissione divina, tum benedictionis, tum vitæ sempiternæ: v. 3.

PSALMUS CXXXIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

הנה *Ecce*:) excitatur h. m. quisque fidelium ad perpendendum Concordiæ felicitatem

planè singularem ac penè incomparabilem. vix enim asteriscus hiecc addi solet rebus momenti vilioris:

D. d. d. d. 4

הנה